



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXII. Bononien. de Caccialupis. An transfactio inita per hæredem gravatum cum prætendentibus habere jus super bonis fideicommissariis, censeatur facta nomine proprio, & ad propriam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

quantumvis anteriores, hypothecarios, & privilegiatos, juxta ea, quæ in proximis, ac omnino similibus terminis dotium ex beneficio *Auth. res que constituendarum* puellis descendentibus ex bonis fideicommissi, plenè habentur *sub tit. de feudis ad materiam Bullæ Baronum disc. 78. & 79. ubi, & in aliis ad eandem materiam receptum* habetur quod prædictæ *Auth.* dispositio, vel ratio fortius conveniat alimentis masculorum; In hoc enim differt alendi obligatio, quæ de iure incumbit ascendentibus, ab illa quæ incumbit transversalibus, quod illa utpote è debita ratione sanguinis, non terminatur cum vita, sed unà cum bonis, quæ pro eis affecta sunt est transitoria ad hæredes, & successores, ista verò, utpote sola ratione charitatis dicitur mere personalis, ac terminatur cum vita, & non est transitoria, ut habetur *d. disc. 78. & 79. de feudis.*

- 7 Tutor vel alius administrator reportare non potest voluntarias cessiones contra pupillum, vel alterum cuius bona administrat.
- 8 Ex pretii quantitate deducitur quid in contractum deductum sit, & qualis fuerit partium intentio.
- 9 Transactio nihil dat de novo, neque ille qui obtinet bona obtinere dicitur ab altero transigente sed jure suo primo.
- 10 De dispositione rex. in l. per diversas & l. ab Anastasio Cod. mandati, & de earum limitatione ad favorem rei possessoris quando procedat, & quando verè quis dicatur possessor & reus.
- 11 Vocato ultimogenito alicujus, an veniat primogenitus qui per mortem aliorum sit primus & ultimus.
- 12 Doctrinis specialibus non habentibus contradicentem est deferendum.
- 13 Referuntur casus aliquarum decisionum facientium ad rem super dicto puncto de quo num. 11.

DISC. CLXXII.

FLorianus de Caccialupis, instituto Ludovico filio adoptivo, fideicommissum perpetuum ordinavit in ejus descendencia, quæ defecta vocavit filium ultimogenitum Aldobrandini de Malvetiis, in quo familiam artificialiter renovaturo, fideicommissum pariter in universa descendencia ordinavit; Defuncto autem Carolo Antonio filio, & ultimo de linea masculina dicti Ludovici, scripto hærede Joanne ex sorore nepote pariter cum onere assumendi ejus familiam, & cum fideicommissum in universa ejus descendencia, contra istum litem excitantur filii superstitēs ex primogenito dicti Aldobrandini, cujus alii filii prædecefferant sine prole, & introducta causa in Rota, cum ea restringeretur ad punctum, an dicta substitutio concepta de ultimogenito ejus, qui tunc plures habebat filios conveniret primogenito, qui ob aliorum mortem solus filios suscepit, ob articuli novitatem ac difficultatem nulla capta fuit resolutio, benè pro reo contra actores, ut dicta vocatio eis non conveniret scribente *Marta conf. 193.* Hinc eventum est ad concordiam per quam reus, soluta actoribus quadam summa, omnium iurium cessionem reportavit; Cum autem dictus Joannes ex pluribus, contraventionibus caducitatem à testatore demandatam incurrisset, eiusque vigore Carolus Antonius filius fideicommissum agnovisset, per mortem etiam patris postea subsequutam alio jure restitutorio confirmatum, istque iudicium instituisset pro vindicandis bonis fideicommissariis contra tertios possessores in quos dictus Joannes hæres gravatus distraxerat, isti verò deducentes omnia jura eorum auctori competentia, opponerent, de iuribus dictorum de Malvetiis, ex quibus prætendebant bona controversa per dictum Carolum Antonium fideicommittentem ultimo gravatum utpote ad liberam eius dispositionem non existentia, fideicommissum per eum ordinato supponi non potuisse; Hinc proinde ex parte actoris de duobus consultus fuit. Primum scilicet an hæredibus, vel creditoribus dicti Joannis hæredis gravati competere jura per Malvetios in vim dictæ transactionis cessa, quod pendebat à puncto, an dictus Joannes transegerit, ac iurium cessionem reportaverit nomine proprio, vel potius nomine hæreditario; Et secundo super substituentia iurium competentium præfatis de Malvetiis cedentibus.

Respondi, extraneum vel superfluum videri assumere altiore inspectionem huius ultimi puncti, à quo

L12

ciuf-

BONONIEN. DE CACCIALUPIS

PRO

CAROLO ANTONIO DE CACCIALUPIS

CUM

TERTIIS POSSESSORIBUS
BONORUM.*Responsum pro veritate.*

An transactio inita per hæredem gravatum cum prætendentibus habere jus super bonis fideicommissariis, censeatur facta nomine proprio, & ad propriam utilitatem, unde uti valeat iuribus cassis, vel dimissis contra fideicommissarium, Vel potius censeatur inita hæreditario nomine. Et incidenter, an vocato ultimo genito ejus qui plures habebat filios, veniat primogenitus qui aliis defunctis remansit unicus.

SUMMARIUM.

- 1 Acti series.
- 2 Transactio presumitur facta per heredem nomine hereditario.
- 3 Ex quibus dignoscatur an cessione sit translativa vel extintiva.
- 4 Vbi inter heredem nomine proprio, & transigentem nulla adest lis que adest cum hereditate, tunc transactio censeatur facta nomine hereditario.
- 5 Actus presumitur gestus eo modo quo licet fieri poterat, & propterea voluntas regulatur à potestate.
- 6 Hæres beneficiatus dicitur administrator hereditatis. *Cardin. Luca de Fideicom.*

eiusdem actoris defensores de partibus credebant salutem causæ pendere, ob dictorum iurium incompetentiam ex firmatis in d. *confil.* 193. *Mart.* cum clarum mihi videretur cessionem, seu transactionem prædictam hæreditario nomine, atque ad hæreditatis commodum sequutam esse, unde propterea nil referebat, an iura credentium subsisterent necne, & consequenter quod eiusdem hæredis transigentis creditoribus, seu aliis eius personam & iura representantibus aliud non competere, nisi tanquam per speciem detractionis repetitio summæ ex causæ dictæ transactionis solutæ, quatenus de proprio id sequutum esset, secus autem de pecuniis ac effectibus eiusdem hæreditatis.

Quod autem dicta transactio hæreditario, non autem proprio nomine inita esset, observabam, etiam cum sensu veritatis, id ex pluribus comprobari, scilicet ex præsumptione iuris, ut transactio, vel alia conventio inita per hæredem super iuribus hæreditatem concernentibus quoties expressè dictum non est, fieri proprio, ac privato nomine, præsumatur facta nomine hæreditario, ex iis quæ cæteris relatis habentur apud Cavaler. *dec.* 374. *Rot. dec.* 384. p. 4. *divers.* apud *Dunozet.* *decif.* 836. num. 12. *repetit.* post *Merlin.* de *legit.* *dec.* 199.

Secundò quia ad effectum ut cessio facta dici posset magis ipsi hæredi ex persona propria, & tanquam tertio, dicere opus esset istam esse voluntariam cessionem translaticivam, quod repugnabat verbis, ac etiam subiectæ materiæ, Verbis scilicet quoniam ut ex *Gallerat.* de *renunc.* lib. 1. cap. 4. num. 1. & *segg.* & aliis benè firmat *Rot.* in *Auximama.* *dotium.* 26. *Maij.* 655. coram *Bichio.* ac pluries advertitur sub tit. de *renunc.* & sub altero de *conyact.* inter alia ad quæ monemur advertere debere pro dignoscendo, an cessio sit extinctiva, vel translativa, est illa circumstantia, an iura cessa stent in dativo, vel in accusativo, ut primo casu sit extinctiva, in secundo autem translativa; Verba autem concordantia stabant iuxta primam partem, Et clarius quoniam aderant etiam verba denotantia absolutionem, liberationem & quietantiam.

Idem clarius comprobabat subiecta materia, quoniam si admittenda esset illa intellectualis distinctio plurium personarum formalium in una persona materiali, quæ per reos prætendebatur, & sic quod alia esset persona propria dicti Joannis, & altera esset illa hæredis gravati ab eodem representata, exinde sequeretur quod inter ipsum consideratum ex persona propria, & dictos de Malucis, nulla penitus aderat lis, & consequenter nullatenus cadere poterat terminus transactionis, cuius iure dicta cessio sequuta fuit, qui terminus benè cadebat cum altera persona hæredis, cum qua erat lis, sine qua non datur transactio.

Tertiò quia in dubio ad inspiciendum an cessio sit extinctiva, vel translativa, Et quoties verba plusquam clara non urgent, interpretatio sumenda est à potestate, sive an actus sit licitus, vel illicitus, interpretando eo modo quo actus valeat, atque delictum excludatur, ut cæteris relatis in specie advertitur *decif.* 837. & *dec. fin.* post *Merlin.* de *pignor.* *repetit.* *decif.* 114. & *dec.* 232. par. 10. *recens.* In hac autem facti specie cum hæres beneficiatus, & gravatus dicitur hodie legalis administrator ex deductis per *Rout.* *decif.* 28. num. 11. & *segg.* *Capy.* *Litr.* *consult.* 63. num. 67. ubi concordante & pluries sub tit. de *hæred.* ac sub altero de *credito.*, atque inter cedentes, & ipsam hæredem acerrima pendere lis in *Rota.*, ipsæque constantes impugnare iura credentium,

utique illicitum, atque manifesta transactio contra hæreditatem ab eo administratam præsupplenda ad proprium commodum, non potest am reportare cessionem iurium litigiosorum, ac affectatè absque probabili causa repetitione viventem habentur deducta per *confil.* 1225. nu. 3. *Craver.* *confil.* 129. num. 10. & *lib.* 2. *cont.* 63. num. 5. & alios.

Quartò, quoniam à pretii quantitate resultat argumentum voluntatis partium, in contractum deducere voluerit ut ex *dec.* 26. *lib.* 4. & aliis *Menoch.* de *tac.* *lib.* 4. tit. 9. *Rot.* apud *Gregor.* *dec.* 126. num. 9. ubi *Add.* de *apotheca.* seu *p. curiaria.* 8. *Iunii.* 1654. & 25. *lib.* Bichio, & in aliis frequentes; Undè cum in dicta transactioe deducta, esset quidam comparatione bonorum cadentium sub fideicommissio per actores cedentes, iuxta prædictum hæredem cessionarium, nulla cadentium sanguinis conjunctio, vel alia benevolentia, seu donacionem suadere posset, hinc necdum vehementer argumentum, sed pro merito clara resultabat probatio, quod actio iurium in subsistentiam, vel nimiam dubietate nocentes, ita modico accepto reliquum remaneret hæredi, seu hæreditati, quæ nihil de novo apparuit, sed solum tanquam per renovationem illi confirmavit suum primævum ius, et quod autem ex novo iure dimittentis, transigentis nec ac possidere dicitur ad *lex.* m. l. *pro.* *transact.* ubi *Bart.* num. 3. *Caj.* *num.* 7. & ceteris quibus *Molin.* de *primogenit.* *lib.* 4. cap. 5. num. 1. *fin.* ubi *Add.* & *latus.* *Cassill.* 8. *tom.* *contra.* cap. 11. *Rot.* *decif.* 306. num. 6. par. 5. *rec.* *Annot.* *lib.* 17. *Iunii.* 1660. *Cerro.* & frequentes; Multum ac extra dubium his omnibus infirmis, ac non consideratis, cum vulgari regula, *ut.* *frugula.* *non.* *profunt.* &c.

Et nihilominus ubi etiam aliqua libet difficultas, adhuc tamen observabam nullum alium exinde resultare, atque huiusmodi opinionem inanem esse quoniam cum ista iura etiam quæ dubio litigiosa nimiumque dubia, in dicta dispositio *text.* in *l. per.* *diversas.* & *Lod.* *de.* *mandat.* ut solum cessionario sufficeret solvere quo pro cessione obtinenda solutam est, quod frequenter habetur sub titulo de *credito.* *repetit.* in *Neapolitana.* *pesuniaria.* in qua proceditur *decif.* 27. *Ianuarij.* & 23. *Maij.* 1653. coram *Molin.* *Litr.* *num.* dictorum iurium dispositio procedat in possidente, qui tanquam voluntarius licitum actor, agendo, iura cessa experiri velit, ceteræ leges prodierint in odium re-empocorum, ideoque locum non habeant in iis qui excipiuntur se tueri in possessione bonorum, in quæ perierunt, ut in dicta sua materia sub tit. de *credito.* atque est vera & recepta limitatio, atque confirmatur in dictis *decif.* *edris.* in *Neapolitana.* *pesuniaria.* coram *Molin.* id procedit quando aliquis alio titulo reperitur in possessione rei, in qua necesse vel timeat molestias, ad quas evitandas, sumitur ius ac possessionem confirmandam, ita potest, & bona fide curat alia iura committens, cuius eum ubi possidens ex uno titulo quæ merè voluntarius litium redemptor, verforum iurium cessionem affectat, ut proprium auctorem supplantaret, eique cessionem quæ actionem reficere, & hic esse casus

De L.
ne
transactam
et ca.
9

quod tamen deducebatur ad superabundantiam, etiam in casu quo liquidò constaret dictam cessionem nomine proprio factam esse.

Hinc proinde, ut initio pramissum est, inanis remanebat altera inspectio super iuribus predictorum cedentium; Et nihilominus quando de hoc agi debuit, probabilius contra dictos de Maluetis respondendum esse dicebam ob speciales auctoritates *Alciat. conf. 101. lib. 9. & Menoch. conf. 97. num. 90. & Mantu. de conject. lib. 2. tit. 10. nu. 3.* ac etiam ob auctoritatem individualement *Martii* qui Doctor veritatis dicitur *d. conf. 193.* ubi plura deducit probabilia fundamenta, quod vocatio ultimogeniti eius qui plures habebat filios, non conveniat primogenito qui ultimus remansit, dum in contrarium nulla dabatur specialis auctoritas, ideoque dicebam intrare propositionem de qua *Martii eodem conf. 181. num. 33. Rot. dec. 721. nu. 5. par. 2. rel. & dec. 122. in fin. par. 5.* ut doctrinis specialibus contradicentem non habentibus deserendum sit, ubi potissimum non convincantur de equivoco, ac sint repugnantia principii; Hæc autem super hoc secundo puncto ita obiter insinua- bant, prædictarum auctoritatum allegatione contentis articulo formiter ac mature non examinato, eum necessitas ut supra non suppeteret, neque huc usque occasio dedit id particulariter disputandi; Licet enim desuper aliquas habeamus decisiones proximas, non tamen illæ percipiunt punctum præcisum, siquidem in *Ariminen. secundo genituræ 18. Martii 1654. coram Bichio impress. par. 11. rec. dec. 337.* disputatur de casu proximo, sed non omnino in individuo, idemque in duabus invicem pugnantibus decisionibus editis in *Imolen. successione 14. Martii 1659. & 28. Martii 1660. coram Bichio, & quæ causa per concordiam finem habuit.*

MANTUANA.
PRIMOGENITURÆ
SEU.
TRANSACTIONIS.
PRO
MARCHIONIBUS FERDINANDO
&
NICOLAO DE GONZAGHIS.

Responsum pro veritate.

An & quando transactio inita per gravatum vel feudatarium, aut similem, afficiat successorem in fideicommissio, vel feudo, venientem iure proprio independenter.

SUMMARIUM.

F A series.
Successor in fideicommissio habet electionem a-

gendi, vel ad bona alienata, vel contra gravatum alienantem pro pretio.

3 Quod hæc secunda via sit tutior.

4 An & quando transactio afficiat successorem in fideicommissio

5 Quod in feudis antiquis pacti & providentia non possit erigi primogenitura.

6 Permutatio non est alienatio prohibita.

7 De consuetudine Mantuana alienandi feuda.

8 Pro regulanda transactione attenditur alius tempus.

9 An in successione feudorum Mantuana sæmme proximiores excludant masculos remotiores.

DISC. CLXXIII.

F Eudum Curia Podij usque ab anno 1332. concessum per mensam Episcopalem Mantuanam Aloyio Gonzagha primo Mantua domino, huius adeo propagata familia stipiti juxta feriem, de qua in alia Mantuana feudi sub tit. de feuda disc. 10. & 11. in notabili parte devenit in Joannem, qui in eius testamento condito de anno 1514. fideicommissum ad formam majoratus inter eius filios & descendentes instituit, Cumque multis intermediis actibus, vel ad rem non facientibus, velin discurtu præsuppositis feudum prædictum ex titulo cuiusdam permutationis cum aliis bonis de anno 1622. devenisset in Ducem Mantua; iste illud reliquit cuidam eius filio legitimato, à quo successor in dicto maioratu vendicavit, reservato in sententia jure Ducis successoris Hinc proinde iste litem movit, quæ occasione dedit concordia, qua mediante possessori majoratus Dux cessit bubulcas 900. terrarum, reliquum verò totum ad eius favorem remansit; Mortuo autem transigente, cum dictus majoratus dictis Marchionibus delatus esset, atque super dicta transactionis subsistentia ex parte ejudem Ducis ex remedio *L. diffamari* lis in eo Senatu introducta esset, sententia etiam favorabili reportata; In hoc statu ex parte dictorum Marchionum de consilio pro veritate ad eorum directionem requisitus, respondi, ut sequitur.

Præcipuus controversia punctus est super validitate vel invaliditate transactionis, si enim actus est invalidus, ita ut majoratus possessor, illum facere non potuerit in præjudicium successorum, intrat de plano iuris conclusio, ut successor in fideicommissio vel majoratu electionem habeat agendi vel contra tertium, in quem est facta alienatio pro rei fideicommissaria vindicatione, vel contra gravatum alienantem pro reintegratione fideicommissi & quanti interest alienationem non esse factam, si ve scienter si ve ignoranter id gestum sit ad text. in *l. quidam §. final ff. ad trebell. l. planè §. qui rogatus ff. de legat. 1. cum concord per Paris. conf. 5. num. 26. lib. 2. Cephal. Conf. 761. num. 14. & 15. Peregr. de filio art. 45. num. 20. Fusar. de subdit. q. 558. num. 1. & 627. num. 54. Cyriac. contror. 5. num. 25. bene Merlin. dec. 831. num. 1. & 2. & 344. nu. 1. Rota in Bonon. successione 4. Martii 1646. coram Bichio. §. nam pro rata. & in eadem 18. Martii 1652. coram Celso §. iustitia verò inter suas dec. 141. num. 4. & aliàs quotidie.*

Atque tali casu, ex duabus viis tutior ac honestior reputatur illa agendi contra alienantem seu eius heredes, ut bene admonet Cephal. ubi supra, quem in proposito laudat Rota in dec. Bonon. successio- nis coram Bichio, impress. dec. 402. par. 9. rec. num. 2. & 4. Quod & mihi placet, nedum ex ratione circuitus considerata per Cephal. sed etiam quia tertius, in quem alienatio facta est, de facili poterit

UCA
entis